

CHRISTOPH. MATTHÆI
PFAFFII,

33

THEOLOGI & CANCELLARII TUBINGENSIS,
ABBATIS LAUREACENSIS

O R A T I O

DE

MAGNO
PIETATIS
MYSTERIO,

QUO

DEUS IN CARNE
MANIFESTATUS
PRÆDICATUR,

ad 1. Timoth. III. 15. 16.

in Vigiliis Nativitatis Dominicæ
in Senaculo Academico Tubingensi

A. MDCCXXVIII. recitata.

TUBINGÆ

impressit GEORGIUS FRIDERICUS PFLICKE,

A. 1728.

cc



MAGNIFIC
VIRI SUM
CONSULTISSI
EXCELLENTIS
REND
VOSQUE AUD
QUISQUE
CO



que prorsus f
cohereat, sed &
mento superstru



MAGNIFICE DN. RECTOR,
VIRI SUMME REVERENDI,
CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
EXCELLENTISSIMI, PLURIMUM REVE-
RENDI, NOBILISSIMI,
VOSQUE AUDITORES RELIQUI SUIS
QUISQUE TITULIS DECENTER
COMPELLANDI,



Anta est religionis Christia-
næ præstantia, tanta veri-
tatum, quas tradit, solidi-
tas, ut, quicquid est arti-
culorum fidei, egregio non
solùm firmissimoque nexu
eoque prorsus systematico catenæ ad instar
cohæreat, sed & immobili fulcro & funda-
mento superstructum atque inædificatum sit.

Docet hoc Apostolus Paulus , divinus re-
rum Æstimator , 1. Tim. III. 15. 16. ubi myste-
rium incarnationis Dominicæ traditurus hoc
verborum introitu utitur : ⲉⲃⲟⲩ ⲛⲟⲩⲓⲛⲓⲛⲓ ⲉⲩⲟⲩⲓⲛⲓ
ⲉⲃⲟⲩⲁⲓⲱⲙⲁ ⲓⲛⲓⲁⲗⲓⲛⲟⲩⲓⲁⲥ ⲛⲉⲃⲓ ⲟⲙⲟⲗⲟⲅⲁⲙⲉⲛⲟⲥ ⲙⲉⲅⲁ ⲉⲥⲓ ⲓⲟⲩⲓⲛⲓⲉⲩⲟⲩⲓⲛⲓ
βείας μυστήριον. *Columna Dei vivi & basis veri-
tatis & omnium confessione magnum est pieta-
tis mysterium* , Deus manifestatus est in car-
ne ,, Sensus verborum , uti videtis , *Audito-
res* , clarus est. Neque enim aliud quid
Apostolus hîc significatum vult , quàm hoc ,
incarnationem Salvatoris Optimi Maximi
totius Christianismi fundamentum præci-
puaque illius veritatem esse , cæteræ
omnes cui innitantur. Quod ipsum dum
dicimus , cum Interpretibus præstantissi-
mis (a) supponimus , verba hæc : *colu-
mna Dei vivi & basis veritatis* , quæ expli-
catum jam imus , non ad antecedentia com-
ma-

(a) Hos appellavimus in diss. de articulis fidei Christia-
næ fundamentalibus p. 18. Nec tamen hæc sen-
tentia probata omnibus est. Vide post autores ibi-
dem citatos pluresque alios ex recentioribus Dey-
lingium in obs. sacris P. 1. obs. 46. & Heumannum
in Parergis Criticis p. 149. sqq. Addi potest Mich.
le Vaffor dans son traité de la manière d' examiner
les differens de religion Ch. 3. p. 121.

matris 15. fed a
adeoque neque
clesiam, de qu
erat, imò ne
tum, de quo
referenda esse.
theum ista refer
bolis eorumque
necentibus alibi
cantur enim Jaco
colum, columna G
comit, promittit
columnas in tem
pna Ecclesia fun
apostolorum ali
tum quòd verba
ita Paulus
perere te debeas

(b) Ita multi ex P
Chillingwort
safe way of fa
in Cinno seu
à Witfio edit
& hanc sente
logicarum er
lingius l. c. S
(c) Eph. II. 20. A

matis 15. sed ad consequentia in comm. 16. adeoque neque ad Timotheum neque ad Ecclesiam, de quibus in antecedentibus sermo erat, imò nec ad Deum in carne manifestatum, de quo mox verba facit Apostolus, referenda esse. Scilicet sunt, qui ad Timotheum ista referant (b), tùm quòd Apostolis eorumque συνεργοῖς, imò & fidelibus vincentibus alibi hoc nominis tribuitur, vocantur enim Jacobus, Cephas & Johannes σύλοι, columnæ Gal. II. 9. & fidelibus, qui vincunt, promittit Jesus, quòd eos factururus sit columnas in templo suo Apoc. III. 12. imò ipsa Ecclesia fundamento Prophetarum & Apostolorum alibi dicitur superstructa (c), tùm quòd verba sic sanè benè fluunt, ut nôris, ita Paulus ad Timotheum, quomodo gerere te debeas in domo Dei, tanquàm columna,

A 3

(b) Ita multi ex Patribus, ita & ex recentioribus Guil. Chillingworthus in the religion of Protestants a safe way of salvation P. 1. C. 3. §. 76. & Gatakerus in Cinno seu adversariis miscell. L. 2. C. 20. operum à Witfio editorum T. 1. col. 381. fqq. Recensent & hanc sententiam Ittigius in exercitationum theologiarum enneade p. 728. fqq. & ex Ittigio Deylingius l. c. §. 3.

(c) Eph. II. 20. Apoc. XXI. 14.

lumna, vel *columna* existens *veritatis*. Jam enim ellipsin particulæ comparativæ *ut* vel participii substantivi *ut* *existens* scriptoribus sacris familiarem oppidò esse nemo est, qui nesciat (d). Sed quis ferat ejusmodi verborum trajectionem & ellipsin, ubi nulla cogit necessitas? Ita sunt & porrò, qui verba hæc ad Ecclesiam referant, hoc sensu: *ut nôris, quomodo te gerere debeas in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*. Constat, quantoperè in hâc explicatione triumphent Pontificii, autoritatem Scripturæ sacræ sic ab autoritate Ecclesiæ & quidem Romanæ accessentes. Sed triumphus ante victoriam est. Jam enim certum est, Ecclesiam, quæ modò *domus* vocabatur, *ut nôris, quemadmodum versari debeas in domo Dei, columnam* eodem scriptionis halitu dici non posse. Sed sit ita, Ecclesia dicatur hîc veritatis columna, de Ecclesiâ Apostolicâ, de Ecclesiâ Ephesinâ, de Ecclesiâ illâ primitivâ,

(d) Vide Glassii Philol. sacr. L. IV. tr. 2. de ellipsi obs. 2. n. 2. & Hilleri nostri dissert. de sermone Scriptorum divinatorum elliptico, in syntagmate p. 373. maximè verò Gatakerum l. c. col. 382. 383.

ra, veritatis i
sic foret, sed a
ad Ecclesiam f
Romana est,
ultimo *metaphorice* fi
Ephesina t
tra S. præfagien
erit dudum (e)
in verbis Apосто
am Romanensiu
existimaverim v
olum fuisse vel
tis, quæ in def
ad columnas
i *Jachin & Boas*
& Ecclesiâ N. T
ad suggestum
ine designatur
as columnas t

(e) Vide Aët. XX. thum in notit
galtium de stat
(f) Danj. Heinsii h
N. T. f. 145.
(g) Ita Seb. Schmid
(h) Ita Alex. Morus
deris p. 393. 3

vâ , veritatis indubiâ promulgatrice sermo sic foret , sed à quâ , purâ utpote & verâ , ad Ecclesiam falsam & impuram , qualis Romana est , sine magno ratiocinii solœcismo μελάβασις fieri nequit. Jam & ipsa Ecclesia Ephesina tam fuit fallibilis , ut & Spiritu S. præfagiente & experienciâ teste defecerit dudum (e). Quin nec ipsa illa , quæ in verbis Apostoli sic latitaret , allusio , causam Romanensium juvare apta foret. Non existimaverim verò , allusurum hîc Apostolum fuisse vel ad columnam ignis & nubis , quæ in deserto Israëlitis præluxit (f) , vel ad columnas illas templi Hierosolymitani *Jachin* & *Boas* , quibus aliâs regni Messiani & Ecclesiæ N. T. firmitas figurata fuit (g) vel ad suggestum regium V. T. qui *שולש* nomine designatur 2. Reg. XI. 14. (h) vel ad alias columnas templi , suis basibus five

ἑδραι-

- (e) Vide Act. XX. 29. Apoc. II. 5. & adde Th. Smithum in notit. sept. Eccl. Asiæ p. 4. itemque Rigaltium de statu Eccl. Græcæ p. 50.
- (f) Danj. Heinsii hæc sententia est in exerc. sacris ad N. T. f. 145.
- (g) Ita Seb. Schmidt in Collegio Bibl. poster. p. 301.
- (h) Ita Alex. Morus in notis ad quædam loca novi fœderis p. 393. 394. edit. Fabric. p. 185.

ἐδραιώμασι innixas, hæc enim עמודים illæ ארזים sunt (i), sed, si quidem de Ecclesiâ fermo hîc fit, quod tamen haud putamus, alluferit potiùs Paulus vel ad columnas illas Romanas, queis leges olim incisas fuisse constat (k), vel ad sacras columnas templorum gentilium & nominatim Ephesini, cum verba ista Paulina ad Timotheum Ephesitum degentem gregemque sacrum Ephesinum pascentem scripta sint. Varii autem hæc usûs fuere & ingens earum numerus. Aliæ templi fornicem sustinebant, aliis simulachra Deorum imposita erant, aliis inscripta nonnulla fuere, ut elegi, elogia, fœdera, leges & decreta, morum præcepta, mystica & hieroglyphica, tandem & oracula. Ita templa illa erant πολύσυλα, variis columnis instructa. Ecclesia verò Dei μονόσυλα, cum *veritati* nulla ara, nullum templum, nullum simulachrum, licet aliâs virtutibus aliis, posita essent apud gentiles, sola *veritatis* illiusque unicæ columna esse debebat,

(i) Vide Grotium ad h. l.

(k) Ita Junius, ita Alstedius. Confer Gatakerum l. c. col. 390. 391.

bebat, opposit
 alis, fabulis,
 quoque gentiliu
 sed columna,
 ut columna
 forensi aut mini
 nis (m). Ut tac
 deliâ quidem int
 ta explicanda esse
 sed quid esse
 hic contra Pontif

(l) Confer hic pro
 i. Tim. III. 15.
 tics Anglicani
 vendæ sunt.

(m) Ita nodum, solum
 Vide saltem D
 sqq.

(n) l. c. §. 77. V
 you out of court
 the Apostle bo
 this of it, then
 butes in Scriptu
 duty, and teach
 necessity, but
 the Earth, sa
 this quality w
 cause it was t
 been so of nece

bebat, oppositæ quippe inanibus gentilium diis, fabulis, oraculis, Philosophorum quoque gentilium ineptis ratiociniis (1), sed columna, ratione, non architectonica, ut columna domûs, sed politicâ sive forensi aut ministeriali, h. e. custos veritatis (m). Ut taceamus, verba ista, si de Ecclesiâ quidem intelligantur, necessariò haud ita explicanda esse, ut dicant, quid Ecclesia sit, sed quid esse *debeat* illa, id quod egregiè hîc contra Pontificios Chillingvorthus (n)

B urget.

(1) Confer hîc prorsus Jac. Gothofredi exercitat. 1. ad 1. Tim. III. 15. 16. de Ecclesiâ Dei. Exstat in Criticis Anglicanis T. 5. ubi col. 927. & sequ. evolvendæ sunt.

(m) Ita nodum, solutu sanè facilem, solvunt Theologi. Vide saltem Dorschei Theol. Zachar. P. 2. p. 68. sqq.

(n) l. c. §. 77. Verba hæc sunt: *Thirdly, if we grant you out of courtesie (for nothing can enforce us to it,) that the Apostle both speaks of the Universal Church and says this of it, then i am to remember you, that many attributes in Scripture are not notes of performance but of duty, and teach us, not wath the thing or Person is of necessity, but what it should be. Ye are the Salt of the Earth, said our Saviour to his Disciples: not that this quality was inseparable from their Persons, but because it was the office so to be. For if they must have been so of necessity and could not have been otherwise,*

in

urget. Sed non opus est, ut falsam effati Biblici interpretationem Romanensibus nihilominus haud patrocinari prolixè ostendamus. Denique nec ad Christum (o) nec ad Deum Patrem in carne manifestatum (p) verba Apostoli pertinere, facile contextus docet. Prorsus ergò existimamus, ad mysterium omnium confessione maximum, mysterium nempe apparitionis Dei in carne ista verba referenda esse. Scilicet nôrunt, queis dialectus Hellenistica (q) est perspecta, Hebræos *columnam* & *firma-*

in vain had he put them in fair of that, which follows, if the Salt have lost his favour, wherewith shall it be salted? it is thenceforth good for nothing, but to be cast forth, and to be trodden under foot. So the Church may be by duty the Pillar and Ground, that is, the Teacher of Truth, and yet she may neglect and violate this duty and be in fact the teacher of error. Hæc Chillingworthus, ingeniosè fanè.

- (o) Ita ex antiquis Procopius. Vide Gatakerum l. c. col. 381.
- (p) Sunt enim &, qui per *σῦλον ἡ ἐδραίαμα τῆς ἀληθείας* intelligant Deum Patrem *ἐν σαρκὶ φανερωθέντα*. Vide Polum ad h. l. Socinianismum verò hæc olent.
- (q) Operæ pretium foret, grammaticam & Lexicon Hellenisticum condere, ad libros N. T. eò felicius explicandos, cùm Hellenismorum tanta heic copia sit.

*firmamentum ve
fundamentalem
trantantur. Ita
tum manus for
um fidei prima
ⲉⲓⲛⲓ ⲉⲓⲛⲓ
columnam sapient
is Timotheum
defiâ Ephesinâ,
docere ille debeat
sempe hunc fur
magnum hoc &
sone magnum
arnatione Salva
Dei in carne. M
apostolus vocat,
nitum esset (s)
in revelatione m
prorsus haud val*

(t) Mysterii vocem
incognitâ sur
Christianity not
& alia myster
Christianâ hau
(s) Matth. XVI. 17.
(t) 1. Cor. II. 14.

firmamentum veritatis dicere articulum fidei
 fundamentalem, cui cæteræ veritates sacræ
 innitantur. Ita Moses Maimonides sub ini-
 tium *manûs fortis*, quam scripsit, articu-
 lum fidei primarium nuncupat יסוד היסוד
 ועמוד ההנחות *fundamentum fundamenti &*
columnam sapientiarum. Et docet hîc Pau-
 lus Timotheum, quid ante omnia in Ec-
 clesiâ Ephesinâ, cui datus erat Episcopus,
 docere ille debeat & inculcare, articulum
 nempe hunc fundamentalem de Christo,
 magnum hoc & omnium quidem confes-
 sione magnum pietatis mysterium de in-
 carnatione Salvatoris, de manifestatione
 Dei in carne. Mysterium (r) hoc dogma
 Apostolus vocat, quòd rationi illud inco-
 gnitum esset (s), quòd rationes illius ra-
 tio revelatione maximè haud armata capere
 prorsus haud valeret (t), & quòd idem à

B 2

fecu-

(r) Mysterii vocem heic pro re olim haud revelatâ &
 incognitâ sumi, malè supponit Jo. Tolandus in
Christianity not mysterious sect. 3. C. 3. p. 98. 99. qui
 & alia mysteria rationi haud pervia in religione
 Christianâ haud agnoscit.

(s) Matth. XVI. 17.

(t) 1. Cor. II. 14.

seculis absconditum (u) vel saltem tam clarè revelatum haud esset , sipario quippe vaticiniorum obductum , quorum in sensus tam difficile penetrare est. Jam & mysterium hoc à Paulo dicitur *ὁμολογημένως μέγα* , ut sic opponeretur idololatricis Gentilium mysteriis , inter quæ erant tùm mysteria minora , magnis opposita , tùm mysteria *ἐκ ὁμολογημένα* , mysteria incerta , haud ubivis recepta , prout eruditè observavit , qui doctissimis annotationibus textum hunc nostrum illustravit Jctus maximus , Jacobus Gothofredus (x). Mysterium scilicet incarnationis Dominicæ non solùm *ὁμολογημένως* , manifestè , planè , profectò , haud dubiè , extra controversiam & ἀναντιρρήτως , ut in confesso est , omnium confessione (y) , hic enim sensus vocis Græcæ est , ἀξιοχρεῖται est εἰς πίστιν , omni acceptione , omni fide dignissimum (z) , imò
jam

(u) Rom. XVI. 25. 1. Cor. II. 7. Eph. III. 9. Col. I. 26.

(x) Prodiere ipsius dissertationes in h. l. Genevæ A. 1649. translatae deinceps in Criticos Anglicanos, uti supra jam p. 9. annotavimus.

(y) Lutherus vertit kundlich , h. e. kündig , bekannter machen , unlangbar , unwidersprechlich , ungezweifelt , nach jedermanns Bekännniß.

(z) 1. Tim. I. 15.

... erat tùm , u
... mundo passim c
... idem , admirabi
... omnium
... quoque gentiliu
... mysterium etiam
... cognoscendum ,
... maximè incitans
... Eleusiniis m
... erant , imò impu
... omnibus modis
... nam quaeso , Au
... tum est ? Myste
... taticà & magna
... , & quod latin
... , enarratum il
... Deus manifestatus
... in Spiritu. 2
... est in gentibus
... fferatus est in glo
... num oraculum

(z) Scilicet magnum h
XX. 24. XXII.
modi in sacris
sacram L. III.
de rectâ Theolo

jam erat tūm, uti mox addit Apostolus, in mundo passim creditum, sed & *magnum* est idem, admirabile, excellens, de re magnâ, imò omnium maximum (a), maxima quoque gentilium sacra suâ luce diffians, mysterium etiam pietatis, solis piis rectè cognoscendum, ad veram pietatem quàm maximè incitans, impiis gentilium mysteriis, Eleusiniis maximè, quæ falsæ pietatis erant, imò impuris idololatrarum mysteriis omnibus modis oppositum. Sed quodnam quæso, *Auditores optimi*, hoc mysterium est? Mysterium illud est, quod emphaticâ & magnâ dictione enarrat Apostolus, & quod latius nunc vobis, præeunte illo, enarratum ibimus. Verba hæc sunt: *Deus manifestatus est in Carne. Justificatus est in Spiritu. Apparuit Angelis. Prædicatus est in gentibus. Creditus est in mundo. Assumptus est in gloriâ.* Quod ipsum divinissimum oraculum, vigiliis nativitatis domi-

B 3

nicæ

(a) Scilicet *magnum* hîc dicitur loco *maximi*. Vide Matth. XX. 24. XXII. 36. 38. Eph. V. 32. Enallage enim modi in sacris frequens est. Vide Glassii Philol. sacram L. III. tr. 1. can. 18. n. 3. & diff. nostram de rectâ Theologiæ Prophetiæ conformatione p. 19.

nicæ piè celebrandis egregiè conveniens, pluribus explicare animus jam fert. Antequàm verò id agamus, mentem priùs ad cœlos tollimus, ut gratiam impetremus, quæ ad hæc cum fructu ædificationis proferranda necessària est, supplici prece orantes:

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Perfunde tuâ gratiâ,
Quæ tu creâsti, pectora. Amen!

Deus manifestatus est in carne. Ita infit divinus noster Apostolus, mysterium incarnationis Dominicæ tribus sic verbis elaturus. De eo, qui *manifestatus esse* dicitur *in carne*, ante omnia alia nobis disquirendum est. Dicitur is in vulgatis codicibus impressis, Græcis illis, ὁ θεός, *Deus*. Sed exurgit hîc magna difficultas critica, quam aliàs, & in dissertatione quidem nostrâ inaugurali de Evangeliiis ab Anastasio Imperatore haud corruptis, & prolixè quidem factis evolvimus (b). Quæritur enim, num rectè

(b) Vide primitias nostras Tubingenses P. 1. p. 41. sqq. ubi citatis autoribus adde Ittigium de hæresiarchis
zvi

rectè hîc legatu
scriptoribus con
scipum Consta
fidei, ut ma
ab Anastasio Imp
pullum fuisse,
vel intruserit.
hanc apud veter
ta inflectunt ex
tant, hujus in
potius autores ex
no feliciùs pugnat
conjectis, *Audit*
quæ dici heic p
hanc criticam pro
nobis, pauci
antiquis aliàs i
ctam esse & ho
us Græcis appar
gatur, nullum
um, qui tolera
possit, mysterium
in carne, *justifica*

zvi Apostolici
sec. 2. p. 326. 3

rectè hîc legatur ὁ Θεός, cùm ex antiquis scriptoribus constet, Macedonium, Episcopum Constantinopolitanum, Nestorianæ fidei, ut malè quidem ferunt, addictum ab Anastasio Imperatore sede suâ eapropter pulsum fuisse, quòd vocem Θεός hîc loco ὁ vel ὅς intruserit. Et mireris sanè, vulgatam hanc apud veteres traditionem esse, quam ita inflectunt ex recentioribus quidam, ut ajant, hujus interpolationis Orthodoxos potiùs autores exstitisse, contra Arianos sic eò feliciùs pugnatuos. Non fert, ut facilè conjicitis, *Auditores*, instituti ratio, ut, quæ dici heic possent, dicamus & litem hanc criticam prolixius peroremus. Sufficiat nobis, paucis innuisse, vocem Θεός & ab antiquis aliâs in commate nostro passim lectam esse & hodiè in omnibus ferè codicibus Græcis apparere, & nisi in verbis nostris legatur, nullum ferè ex iis sensum emerfurum, qui tolerari possit. Quî enim dici possit, *mysterium pietatis manifestatum esse in carne, justificatum in spiritu, apparuisse*
Ange-

xvi Apostolici p. 185. 186. & in cap. sel. hist. Eccl. sec. 2. p. 326. 327.

Angelis, assumptum in gloria, haud sanè li-
quet. Tàm contorta hæc sunt & insulsa,
ut auribus sint gravia & vix comprehendi
queat, quî explicatio tàm frigida seriò de-
fendi & revocari potuerit à recentissimo
scriptore Sociniano, Jo. Christiano Seizio,
qui sub Artemonii nomine initium Evange-
lii secundum Johannem Londini nuper pe-
culiari libello corrumpere haud veritus
est (c). Sed nec in Deum Patrem quadrant
Apo-

(c) Titulus hic est: Initium Evangelii S. Johannis
Apostoli ex antiquitate Ecclesiasticâ restitutum in-
didemque novâ ratione illustratum. In isto opere
ante omnia probatur, Johannem non scripsisse *Et
Deus erat sed Et Dei erat Verbum.* per L. M. Arte-
monium, 1726. 8. Ex literis L. M. alias *Lucam
Mellierum* h. e. Samuelem Crellium Autorem con-
jiceres. Adponimus verba Artemonii ex præfat. p.
XXVII. Ordine hic concinno procedit *Apostolus*, ac in-
dicat *Mysterium hoc pietatis fuisse primò in carne,
in Homine Jesu manifestatum, deinde, post Jesu resur-
rectionem justificatum in Spiritu, Et tum tertio Ange-
lis esse visum, quartò inter gentes prædicatum, quin-
tò creditum ei esse in mundo passim, Et sextò ubique
cum magnâ exultatione Et celebratione susceptum.* Ipsi-
us quidem *Filii Dei, Jesu Christi, aut, si ita mavis, ipsius
Dei in carne manifestati persona, etiam ante Justificatio-
nem in Spiritu factam, bene jam nota erat Angelis, tam
Dei Patris, quàm Filii persona, Et hujus quidem, jam
ante*

Apostoli nostri v
quidem veri speci
muniter caussant
tini de grege sun
salvatoris Optim
usu sollicitantes.

ante mortem ejus
nativitatem exerci
deseris victori Ang
Et verò mysteri
tionibus abscondit
in cælum ascensio
in Spiritu factam
se potuit, postqu
missus esset. Vide E
1. Tim. III. 16. no
in carne manifestato
angelio, in homine p
sic ipse contextus ac
demonstrat, non e
quod manifestatu
Quod hic mysteriu
sequente *nis* fide
quit, ab hæc fide
rio pietatis in car
Spiritu, ac passim
tione suscepto, at
ritibus erroris & o
de Demonis carne
à carne separatis,
Quem sensum poster
egregiè docuit. H.

Apostoli nostri verba , uti præter omnem quidem veri speciem perperam hîc sed communiter caussantur interpretes alii , qui Socini de grege sunt , divinitatem Jesu Christi, Salvatoris Optimi Maximi & heic nefando ausu sollicitantes. Certè Patrem in carne
 C appa-

ante mortem ejus , cujus conceptionem Angelus Gabriel, nativitatem exercitus Angelorum annuclaverant , cui in desertis victori Angeli apparuerant & ministrabant , &c. At verò mysterium Evangelii , ab æonibus & generationibus absconditum , non nisi post Christi resurrectionem , in cælum ascensionem , & ejus mysterii justificationem in Spiritu factam , ab Angelis demum videri & cognosci potuit , postquam Angelus ad Cornelium Centurionem missus esset. Vide Eph. III. 10. 1. Pet. I. 12. Ergo hîc 1. Tim. III. 16. non de Christi ipsius persona , nec de Deo in carne manifestato , sed de mysterio pietatis & Evangelio , in homine Jesu , in carne revelato res est. Et sic ipse contextus ac series rerum & verborum Apostoli , demonstrat , non Θεός Deus , sed ὁ ἐφανερώθη ἐν σαρκί, quod manifestatum est in carne , scripsisse Apostolum. Quod hîc mysterium pietatis vocat , hoc statim vers. sequente πίστιν fidem appellat. Deficient quidam , inquit , ab hâc fide , τῆς πίστεως , nempe ab hoc mysterio pietatis in carne manifestato & justificato in Spiritu , ac passim nunc in gloriâ , aut cum glorificatione suscepto , attendentes non isti Spiritui , sed Spiritibus erroris & doctrinis Dæmoniorum , doctrinis de Dæmoniis carne carentibus , de animabus & spiritibus à carne separatis , adorandis atque religiose colendis. Quem sensum posteriorum verborum Josephus Medus egregie docuit. Hæc Artemonius.

apparuisse nemo dixerit, nisi qui Patripassionum veterum deliriis frigidam suffundere sustinuerit. Sed nec Pater justificatus esse in Spiritu commodè satis dici potest, multò minùs assumtus esse in gloriâ, nec istas *καταχρήσεις* fert animus veritatis amans, ut taceamus, apparitionem, de quâ hîc sermo est, nonnisi Filio Dei aliàs tribui, qui in literis novi fœderis *apparuisse* dicitur, ut peccata nostra tolleret, ut opera diaboli destrueret, & quidem ultimis hisce temporibus, dicentibus Apostolis Petro, Johanne & Paulo 1. Pet. I. 20. Joh. III. 5. 8. Hebr. IX. 26. (d). Nil itaque certius, nihil extra omnem dubitationis aleam positum magis est, quàm hoc, de Deo & quidem de Deo Salvatore sermonem hîc Paulo Apostolo esse. Is ergò, qui in carne apparuit, Deus est, ὁ λόγος sive Filius Dei aliàs qui appellatur (e), Deus verus (f), magnus Ille Deus (g), Deus vivus, uti verba proximè an-

(d) Confer hîc Spenerum von der ewigen Gottheit Christi C. 5. §. 40. sqq. p. 515. sqq.

(e) Joh. I. 14.

(f) 1. Joh. V. 20.

(g) Tit. II. 13.

antecedentia hab
 edictus in secula
 ator (i), Medi
 nes, qui ipsum
 Patre reconciliare
 abstraxerat, ut ve
 salute nobis mani
 ne pro nobis pat
 stram sanctificaret
 quod imitemur
 tam æternam nob
 reret, in carne ap
 ἐφανερώθη ἐν σαρκί.
 hæc & qualis m
 contendimus, an
 gentilium falsis my
 hoc, uti supra m
 bolus, hanc ipsa
 que opponi. Qu
 tum ἐπιφανείας & a
 les olim frequenta
 gere potest, qui
 tã saltem aliqua tir

(h) Rom. IX. 5.
 (i) Joh. I. 2.

antecedentia habent, Deus super omnia benedictus in secula (h), Universi hujus conditor (i), Mediator inter Deum & homines, qui ipsum illum in finem, ut nos cum Patre reconciliaret, quos peccatum à Deo abstraxerat, ut voluntatem Patris de nostrâ salute nobis manifestam redderet, ut in carne pro nobis pateretur, ut carne suâ nostram sanctificaret, ut exemplum virtutis, quod imitaremur, præberet nobis, ut vitam æternam nobis & monstraret & acquireret, *in carne apparuit & manifestatus est.* Ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Ubi verò jam, quænam hæc & qualis manifestatio sit, edisserere contendimus, ante omnia præmonemus, gentilium falsis mysteriis, queis mysterium hoc, uti supra monuimus, opponit Apostolus, hanc ipsam manifestationem quoque opponi. Quot enim fabulæ de Deorum ἐπιφανείαις & apparitionibus inter gentiles olim frequentatæ fuerint, neminem fugere potest, qui mythologiæ gentilis notiâ saltem aliquâ tinctus fuerit. Hinc ipsorum

C 2

ζεύς

(h) Rom. IX. 5.

(i) Joh. I. 2.

ζεὺς καλειβάτης, hinc ἐπιφανείαι Ἀπόλλωνος, hinc
 Cereris ἐλεύσεις, hinc alii θεοὶ ἐπιφανεῖς, in sacris
 maximè Eleusiniis, hominibus nonnisi probè
 initiatis lustratisque visi & suis quidem mo-
 dis visi, quorum historiam jam pleniorē
 post Viros doctos (k) daremus, si in hunc
 antiquitatis profanæ campum exspatiari heic
 nobis liceret. Sed præstantior multò & lon-
 gè diviniior veriorque ἐπιφάνεια, præeunte Apo-
 stolo, nobis edifferenda jam & explicanda ve-
 nit, apparitio nempe & manifestatio veri Dei,
 Optimi Maximi Salvatoris nostri, cui δόξαν,
 cui majestatem divinam, in quâ assumtus est,
 cui cultum divinum, cultum nempe fidei
 tribuit Apostolus, certissima divinitatis &
 ejus quidem summæ, sed certè nec alia in-
 ferior datur, criteria. Qualis verò hæc
 manifestatio sit, quid & dicat illa, facilè
 ipsi, me non prolixè monente vel explicante,
 capitis, *Auditores*, manifestatio sanè *vera*,
 non

(k) Conferri hîc velim post alios J. G. Nimptschium in
 ἐπιφανείαις θεῶν ad illustranda complura loca Novi
 fœderis ex Philologiâ sacrâ & profanâ descriptis
 Lipsiæ A. 1720. editis & J. L. Moshemium in com-
 mentatione de felicitate eorum, qui purâ mente
 sunt ad Matth. V. 8. in Primitiis Juliis exstante.

(l) De Docetis conferri
 de incarnatione L.
 zvi Apostolico pro
 (m) Confer hîc introd
 p. 251. 252. ubi vi

non qualem olim fingeant Docetæ five Phantasiastæ veteres, qui Filium Dei κατὰ δόξαν & specietenus saltem apparuisse & speciem saltem carnis, non ipsam carnem assumpsisse somniavere (1), manifestatio porrò non umbratica, quali olim in veteri Testamento vel in formâ Angelicâ vel in flammâ igneâ aut in nube aut aliter apparuit Ille, manifestatio non typica, quali sese in typis antiquis, maxime sacrificiis conspicuum præbuit, sed manifestatio antitypica & realis, unde & mysterium hoc incarnationis Dominicæ Apostolo ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας, firmamentum *veritatis* typis veteris Testamenti umbrisque Leviticis contradistinctum audit, manifestatio porrò in carne, unionem personalem divinæ & humanæ naturæ in Christo vel dicens vel supponens adeoque non parasatica saltem, quam vocant, & quæ à Nestorianis statui perhibetur (m),

C 3

prout

(1) De Docetis conferri possunt Petavius in Theol. dogm. de incarnatione L. 1. C. 4. & Ittigius de hæresiarchis ævi Apostolico proximi sect. 2. C. 10.

(m) Confer hîc introduct. in hist. Theolog. liter. P. 3. p. 251. 252. ubi vide autores hîc spectantes, queis verò

prout Deus olim in templo Hierosolymitano conspicuum se præbuit, vel prouti olim extra ordinem in Prophetis & Apostolis sese manifestavit, vel uti per unionem mysticam, quam vocamus, fideles inhabitat, manifestatio denique non iræ aut judiciaria, nec tremenda ejusmodi, qualis illa fuit, cum in monte Sinai appareret, ubi cohortibus Angelorum stipatus inter fulgura & tonitrua legem tulit faciemque suam nube caliginosâ obtexit, sed manifestatio gratiosa, manifestatio salutaris, ubi ipsam faciem suam, benignam illam, in carne videndam nobis præbuit, ubi inter nos habitans, quicquid divinæ erat & salutiferæ gratiæ, largissimâ copiâ in nos effudit, ubi similis nobis factus quoad omnia, excepto saltem peccato (n), homo & ipse factus est, ubi
me-

verò & adjici velim cl. Moshemii instit. hist. eccl. N. T. p. 309. sqq. & quæ Klausingius atque Bergerus contra cl. Jablonskium hîc monuere, ad quem epistolam quoque eruditam hanc in rem nuper scripsit cel. La Croze, quæ exstat in Musæo Theologico Bremensi à cl. viris Hafæo & Nonnenio nuper edi cæpto Vol. 1. P. 1. n. 2. p. 78. sqq.
(n) Confer Petav. l. c. L. XI. C. 10. 11. 12. Ex antiquis

mediante Spiritu
sumum ex
genitus & aliorum
corporis veræque
factus fuit,
humano præ
& infirmitati
humana
& filius h
& Salvatorem
Non vacat verò n
necessitate aut con
de mysterio in
tionis in Christo
humanam infir
antis prolixè disse
hoc argumentum

quis Ariani maxi
ruere, ex rece
Scholastici quida
Dippelius. Cor
fi hominis avaj
A. 1717. cum ac
gii diss. anti- Po
posthumis Poire
que b. Herrnsch
contra Dippelium

mediante Spiritûs S. superventu per miraculum summum ex muliere eâdemque Virgine genitus & aliorum infantum ad instar veri corporis veræque animæ humanæ particeps factus fuit, membris, ossibus, sanguine humano præditus, passionibus quoque & infirmitatibus humanis obnoxius, actiones humanas edens, frater noster, homo & filius hominis, qualem Messiam & Salvatorem mundi esse oportebat. Non vacat verò nunc, *Auditores*, vel de necessitate aut convenientiâ aut præstantiâ, vel de mysterio incarnationis Dominicæ & unionis in Christo personalis omnem rationem humanam infinitis parasangis transcendentis prolixè differere, maximè cum & hoc argumentum aliàs in orationibus sacris

quis Ariani maximè Christum peccabilem esse asseruere, ex recentioribus Sociniani, Arminiani, Scholastici quidam, Fanatici, imò & Poiretus ac Dippelius. Confer Mich. Waltheri tract. de Christi hominis ἀναμαρτία sive impeccabilitate hîc loci A. 1717. cum accessionibus recusum & cel. D. Langii diss. anti-Poiretiani XI. ubi & vide, quæ in posthumis Poireti p. 825. 826. regeruntur, itemque b. Herrnschmidii tract. Germ. ἀνεπίμας editum contra Dippelium.

cris ex his ipsis rostris recitatis occupaverimus (o). Id saltem est, quod adhuc ad verba Apostoli, quæ explicamus, moneamus, non opus esse, ut per *manifestationem in carne* ipsam Filii Dei ἐνσαρκίωσιν, ipsam incarnationem intelligamus, cum Apostolus in his verbis illam non tam innuat vel describat, quàm supponat. Hæc enim, uti arbitramur, verborum præcipua sententia est, Christum hominem in carne suâ, se Deum esse, vel divinitatem suam manifestâsse. Quod ipsum, si, quot & quantis modis factum fuerit, edisserere plenius & pro rei dignitate vellemus, jam novus nobis isque longè prolixissimus peragratu aperiretur dicendi campus, quem verò, brevitati enim, quæ placet, certissimè studerimus, paucis saltem pervolabimus. Christus homo in carne suâ Deum se esse demonstravit talisque & tantus manifestatus est tum per testimonium cœleste, toties quod ipsi perhibitum fuit, tum in ipsius
con-

(o) Confer Orationem nostram 1. & 2. in Nativitatem Salvatoris, affixam utramque Introd. in hist. Theol. lit. P. 3. p. 465. sqq.

conceptione & na
Ipius baptis
monte à Patre & S
æque summi g
& propria vir
alia opera, q
didit conspicua,
am è mortuis, al
onem ad dextram
hujus & Ecclesiæ
stemtionem gener
infiniti valoris, qu
ato dari poterat (C
nam læsam placa

(p) Magna hæc Sicut est
diff. nostrâ de ex
Novum argumen
coll. Joh. V. 19. 2
(q) Nota benè, pretiu
denominatione ex
tem sed secundum
communicatione
dandante infinitu
sentientes urgent
rendus Abbas Reib
mâ, quam A. 16
drino autores def
sti dissertatione,

conceptione & nativitate ab Angelis , tùm
 in Ipsius baptismo & transfiguratione in
 monte à Patre & Spiritu S. tùm per miracu-
 la eaque summi generis , quæ tanquàm *αὐτο-
 κράτωρ* & propriâ virtute patravit (p) , tùm
 per alia opera , queis divina sua attributa
 reddidit conspicua , tùm per resurrectionem
 suam è mortuis , ascensionem in cœlos , ses-
 sionem ad dextram Patris , regimen univer-
 si hujus & Ecclesiæ & quàm maximè per
 redemptionem generis humani , ubi pretium
 infiniti valoris , quod nonnisi à Deo incar-
 nato dari poterat (q) , dando justitiam di-
 vinam læsam placavit , è faucibus peccati,
 D mor-

(p) Magna hæc *ἰσότης* est , quam vide demonstratam in
 diss. nostrâ de exinanit. & exaltatione Christi p. 4.
 Novum argumentum præbet locus Hebr. II. 4.
 coll. Joh. V. 19. 21.

(q) Nota benè , pretium hoc non ex connotatione &
 denominatione extrinsecâ ad Personam dignifican-
 tem sed secundùm se & ex valore intrinsecò , ex
 communicatione idiomatum & apotelesmatum re-
 dundante infinitum esse , quod egregiè contra dis-
 sentientes urgent b. D. Jægerus & maximè Reve-
 rendus Abbas Reinhardus nostrâs , in præstantissi-
 mâ , quam A. 1675. hîc loci sub præsidio Osian-
 drino autores defenderunt , de satisfactione Chri-
 sti dissertatione , prop. 7. 8.

mortis & inferni nos liberavit atque iustitiam & salutem æternam nobis acquisivit. Sed quid opus est multis, cùm ipsum hoc argumentum in textu nostro occupet Apostolus, quî, quâ ratione Christus homo Deus esse apparuerit, in sequentibus latius exponit. Ita enim pergentem illum audimus: Ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. *Justificatus est in Spiritu.* Major hæc verba, quàm antecedentia, difficultas premit. De sanctissimo enim & peccati omnis experte, quî dici possit fuisse *justificatus*, vix apparet. Porro, quale πνεῦμα, qualis Spiritus ille sit, per quem, vel in quo justificatus fuerit, itidem disquiritur. Quod prius attinet, res ipsa docet, quòd vox ἐδικαιώθη in vulgari acceptione haud possit sumi, quæ in Christum, qui suâ iustitiâ alios justificat, haud quadrat. Varias verò interpretationes hîc cumulant Interpretes. Sunt, qui ajant, respici hîc ad conceptionem Christi, ubi massa Ipsius in utero Mariæ à Spiritu S. fuerit purificata & sanctificata (r). Alii putant, Christum hîc innui justum fuisse declaratum contra calu-

(r) Ita aliqui ex Patribus apud Gothofredum l. c.

calumnias Judæorum
 vox ἠρριϥ sic vo-
 pius usurpatur.
 natur, sapientia
 (t). Sic de
 teris in sermonib
 egomet, vocem
 hic vertere. Scilicet
 petenda est, & D
 tus esse in carne,
 stratus esse in spiri
 uti idem optimus
 demonstratus
 condum Spiritum
 hoc δεικνῶν & dem
 egregie hîc notat C
 male observat, ta

(s) Vide eundem Go-
 logos Vinarienf
 in utero Mariæ
 in hist. Theol. I
 P. 2. C. 4. §. 2.
 mate Lipsiensi
 indicente A. 17
 (t) Matth. XI. 19. I
 (u) Psal. LI. 6.
 (x) Rom. I. 4.

calumnias Judæorum à Spiritu S. (s) Sic vox *הַצְרִיק* sic vox *δικαίωσαι* in sacris literis sæpiùs usurpatur. Sic in Evangeliiis ingeminatur, *sapientiam fuisse justificatam à filiis suis* (t). Sic de Deo Psaltes dicit, *ut justificeris in sermonibus tuis* (u). Sed malim egomet, vocem hanc per *demonstrationem* hic vertere. Scilicet vox *θεὸς ἀπὸ κοινοῦ* hic repetenda est, & Deus, qui dicitur manifestatus esse in carne, dicitur idem talis demonstratus esse in spiritu, eâdem planè ratione, uti idem optimus Salvator à Paulo dicitur *ὁμοειδὲς demonstratus Filius Dei in potentiâ secundum Spiritum* (x). Jam enim verbum hoc *δικαίωσεν* & *demonstrare* significat, prout egregiè hîc notat Gothofredus, qui & haud malè observat, tacitè hæc Paulum oppone-

D 2 re

(s) Vide eundem Gothofredum l. c. & præcipuè Theologos Vinarienses ad h. l. Adde de massâ Christi in utero Mariæ purificatâ Autores citatos in Introd. in hist. Theol. lit. P. 1. p. 353. Instit. nostris Theol. P. 2. C. 4. §. 2. C. 6. §. 2. maximè verò in Programme Lipsiensi Pfeifferiano sacra Christi natalitia indicente A. 1727.

(t) Matth. XI. 19. Luc. VII. 35.

(u) Psal. LI. 6.

(x) Rom. I. 4.

re Gentilium falsis Diis , utpote quorum divinitas fallacibus tantùm signis , argumentationibus incertis , falsis & fabulosis relationibus aut supposititiis vestigiis collecta fuerit , nullis argumentis legitimis , inconcussis , justis unquàm demonstrabilis. Sed quì quæso demonstrata fuit divinitas hæc Christi , Dei incarnati ? *Ἐν πνεύματι* , in Spiritu respondet Apostolus. Hic rursus in diversa abire interpretes video , aliis naturam Christi divinam , aliis Spiritum S. aliis miracula , quæ itidem *spiritus* subinde vocantur , aliis modum spiritualem , aliis statum exaltationis Christi hîc innui putantibus. Etsi verò divina Christi natura in sacris literis etiam voce *πνεύματι* , sive Spiritûs indigetetur (y) , etsi & carni hîc opponatur Spiritus , tamen hæc ipsa interpretatio haud videtur esse probabilis , quòd Deus per divinitatem haud demonstrari potest , quia idem
per

(y) Referre huc videas Rom. I. 4. 1. Pet. III. 18. Hebr. IX. 14. Confer P. Haberkornii pietatis mysterium omnium confessione magnum sive Christologiam in dedicatione , ubi plura adhuc loca hanc in rem allegantur. Adde Jo. Sauberti opera posthuma ad h. l. p. 83. sqq.

per idem demon
dicere , ἢ πνεύματι
S. (z) , cujus im
unctus fuit Chri
cula ista summa
specimina longè e
vidit ipse in fides
testimonium Ipsi
tribuit , quòd esse
placitum habeat
phetas veteris & p
menti de Christo
ter , tantâ cum ve
majestate testatus e
sanctiore tum in a
li demonstrat , ve
Deum , Servatorem
menti Apostolo P

(z) Lutheri nostri hæ
meli magnum p
manifestato p. 1
Storrii comment
carnis & spiritus
genuino sensu &
(a) Vide dissertatione
& Christianorum
dogm. de incarna

per idem demonstrari nescit. Malim itaque dicere, ἐν πνεύματι idem esse ac per Spiritum S. (z), cujus immensis donis juxta carnem unctus fuit Christus (a), per quem miracula ista summa patravit, divinitatis suæ specimina longè exstantissima, quem & effudit ipse in fideles & ad ipsos misit, qui & testimonium Ipsi, cùm baptizaretur, perhibuit, quòd esset Filius Dei, in quo beneplacitum habeat Pater, qui & per Prophetas veteris & per Apostolos novi Testamenti de Christo tam clarè, tam luculenter, tantâ cum verborum ἐμφάσις, παρρησία & majestate testatus est & adhuc tùm in verbo sanctiore tùm in animis hominum testatur & demonstrat, verum illum & summum Deum, Servatorem nostrum esse. Quæ, cùm menti Apostolo Pauli quàm maximè con-

D 3

formia

(z) Lutheri nostri hæc sententia est. Vide Enochii Himmelii magnum pietatis mysterium de Deo in carne manifestato p. 15. & adde quàm maximè Jo. Phil. Storrii commentationem Theologicam de vocum carnis & spiritus, cùm de ipso Christo dicuntur, genuino sensu & usu, Ulmæ 1706. editam.

(a) Vide dissertationem nostram de unctioibus Christi & Christianorum p. 4. sqq. Adde Petavii Theol. dogm. de incarnat. L. XI. C. 8. 9.

formia esse existimemus, placet, heic quoque addere singularem quandam Oecumenii in hæc verba commentationem, quæ hæc est: *Dicit igitur Apostolus, etsi legales implebat justitias, non tamen ex servitutis spiritu, qui enim id faceret ille, qui alios libertate donabat? verum Spiritu S. qui adoptionis dicitur, quem secundum id, quod homo erat, accepit, nobis donum hoc concilians germanus filius ac Spiritui sancto consubstantialis, non autem sibi met ipsi.* Sequitur jam tertium illud, quod de Θεανθρώπῳ nostro effert Paulus, ὡφθη τοῖς Ἀγγέλοις, *apparuit Angelis*, id quod factum est, tum cum conciperetur in utero beatæ Virginis matris, hæc enim conceptio ab Angelo prædicta fuit (b), tum in nativitate, quam pastoribus Bethlehemiticis annuntiavit Idem aliorum choro Angelorum & militiâ cœlesti (c) laudibus eandem super æthera evehente (d), circumfusus, tum in tentatione Christi, ubi Angeli ipsi serviere (e), tum in

ago-

(b) Matth. I. 20. 21. Luc. I. 26. sqq.

(c) Vide Wilh. Mommx Oecon. temp. testament. T. 2. L. 3. C. 4. §. 165. sqq.

(d) Luc. II. 9. sqq.

(e) Matth. IV. 11.

(f) Luc. XXII. 43.

(g) Matth. XXVIII. 2.

(h) Act. I. 10. sqq.

(i) Ps. XLVII. & LXV.

(k) Joh. I. 51. Sed quimus, ut sensus f& innuatur hic h in Evangeliiis hauc tatem dicti remov

agoniâ ejusdem, ubi ab Angelo confortatus dicitur (f), tùm in resurrectione, quam Apostolis, quam mulieribus sanctis annuntiârunt Angeli (g), tùm in ascensione in cœlos, ubi Apostolis annunciavere illi, Christum, quem ascendentem jam viderint, visum ab ipsis aliquando iri in terras rediturum ad judicandos vivos & mortuos (h), ipsi ascendentem Salvatorem jubilis suis adorabundi comitantes & in cœlis excipientes (i). Atque ita quidem adimpletum fuit in Christo vaticinium illud, quod ipse de se effudit, cùm ad discipulos dixit: *Amen, Amen, dico vobis, inde ab hoc tempore continget, ut videatis subinde adaperitum cœlum & Angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis* (k). Possit hîc cum Patri-

(f) Luc. XXII. 43.

(g) Matth. XXVIII. 2. 5. Luc. XXIV. 4.

(h) Act. I. 10. sqq.

(i) Pf. XLVII. 6. LXVIII. 18. 19.

(k) Joh. I. 51. Sed quid, si τὸ ἀπ᾿αἰθρᾶς ad τὸ λέγω retulerimus, ut sensus sit: *dico vobis inde ab hoc tempore, & innuiatur hîc historia quædam Salvatoris, quæ in Evangeliiis haud continetur, ad omnem difficultatem dicti removendam. Joh. XXI. 25. Adde & quoad*

Patribus quæri, num ergò Filius Dei ante incarnationem suam Angelis haud visus fuerit, qui affirmant quæsitum, subtilitatem heic venantes, quâ opus non est. Quis enim negârit, Filium Dei & ante incarnationem visum Angelis tùm spiritualiter tùm etiam illâ in formâ, in quâ apparuit, & ἐν σαρκὶ demùm ipsis visum, cùm incarnaretur? Posset & addi altera quæstio, num & malis Angelis visus fuerit Christus? Quod ipsum quid impediât, quò minùs affirmemus, haud liquet, cùm & dæmonas ab hominibus expulerit & cum diabolo certaverit, & ipsum cum toto suo agmine devicerit & triumphatorem Dominumque post resurrectionem eidem sese ostenderit (1). Nec minùs tamen & credidere veteres, quòd mysterium incarnationis diu dæmonas latuerit, quod bonis

quoad prius Matth. XXVI. 64. & quoad posterius consentientes Spencerum de legibus Hebræorum ritualibus L. 3. C. 5. diss. 7. sect. 3. & Wolfium in curis ad h. l.

- (1) Vide Col. II. 15. quem locum quidem aliter post alios explicavit cel. Deylingius in diss. de Chirographi & Principum legalium abolitione, Lipsiæ A. 1722. editâ.

bonis quidem An
Habetur hanc in
ad Ephesios,
geliis nativitat
tem memini beat
bi ita Vir sanctu
stavit Maria virg
militer & mors I
moris, que in silen
hæc quidem qui l
re voluerit, is Di
in Theologicorum
VII. C. 6. & de An
de has quæstiones
quod addimus, a
Deus noster incarn
um adoratione,
ati fuere, conje
hanc in rem illust
ginus: Cum ve

(m) Recitata hæc orati
nice à beato Aut
dissertationum T
A. 1704. edita p
Ignatii locum Uff
Smithum, alios.

bonis quidem Angelis perspectum fatis erat. Habetur hanc in rem locus Ignatii in epistola ad Ephesios, quem è cathedrâ hâc in vigiliis nativitatis Dominicæ olim explicantem memini beatum D. Fœrtschium (m), ubi ita Vir sanctus: *Principem seculi hujus latuit Mariæ virginitas & partus ipsius, similiter & mors Domini, tria mysteria clamoris, quæ in silentio Dei patrata sunt.* Sed hæc quidem qui luculentiùs disceptata videre voluerit; is Dionysium Petavium adeat, in Theologicorum dogmatum de Deo L. VII. C. 6. & de Angelis L. I. C. 8. fatis prolixè has quæstiones evolventem. Unum est, quod addimus, apparitionem hanc, quâ Deus noster incarnatus visus fuit Angelis, cum adoratione, quâ Angeli Ipsum prosecuti fuere, conjunctam fuisse. Habetur hanc in rem illustris locus Ebr. I. 6. ubi ita legimus: *Cùm verò iterum introduxerit pri-*

E

mogeni-

(m) Recitata hæc oratio fuit in vigiliis nativitatis Dominicæ à beato Autore A. 1702. & dein affixa Decadi dissertationum Theologicarum selectarum hîc loci A. 1704. editæ p. 439. sqq. Sed confer & ad hunc Ignatii locum Ufferium, Pearsonium, Cotelerium, Smithum, alios.

mogenitum in terram, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei,, Quæritur hîc ἐν παρόδῳ, *Auditores*, qualis hæc repetita introductio primogeniti, h. e. Christi, hic enim aliâs *primogenitus καὶ ἐξοχὸν* in sacris literis dicitur (n), in mundum, & qualis hic mundus sit. Sociniani scilicet, qui dicunt, Christum ante coeptum ministerium suum Propheticum in cœlos ad Patrem ascendisse, ut ad illud inauguraretur & de iis, quæ prædicanda ipsi erant, edoceret, locum hunc ita interpretantur, ut ajant, cùm secundâ vice Pater Christum in cœlos per ascensionem introduxit, jussisse Eundem Angelos, Illum deinceps jam exaltatum, exinanitum enim nunquam adoratum fuisse clamitant, ut adorarent. Sed hæc interpretatio loci ficulnea est & coacta. Non dicam, statui hîc trajectionem posse, ut loco verborum ὅταν

(n) Rom. VIII. 29. Col. I. 18. Apoc. I. 5. Vocatur autem primogenitus tum ratione generationis suæ ab æterno, tum, quod est κληρονόμος πάντων Ebr. I. 2. omniaque ipsi subjecta sunt Ps. LXXXIX. 28. tum, quod primus ex mortuis resurrexit (resurrectio autem novæ genituræ instar est) ut non amplius moreretur Hebr. VII. 10. Reliqui enim, qui ante ipsum resurrexere, rursus mortui sunt.

...suppon
...iterum
...in terram intr
...non ite
...nec op
...introductio sal
...non realis (p), q
...Socinia
...intelligi potest intr
...repetita vel per
...is (r) vel per
...extremum (s)

(o) Vide Grotium,
Ita sanè & Luther
tus. Ita interpre
reus ad h. l. Jam
est ad palatum
593, 594.
(p) Ita Seb. Schmidti
quitur von der e
(q) Confer Scriptores
(r) Jam hæc explicati
tem contextus P
(s) Malim hoc. Fave
Ps. XCVII. Ita
Artemonius puta
sed ex Deut. XX
Græcâ versione

ὅταν δὲ πάλιν supponatur intelligi πάλιν δὲ ὅταν, & sensus sit, *iterum verò, cùm Deus Pater Filium in terram introduxerit, dicit, & nova dictio, non iterata introductio intelligatur* (o), nec opus quoque est, ut statuat^r introductio saltem historica & verbalis, non realis (p), quod tamen sufficere ad retundendos Socinianos hîc posset (q), sed intelligi potest introductio Christi in has terras repetita vel per resuscitationem ex mortuis (r) vel per missionem Illius ad iudicium extremum (s), cuius solennitatem &

E 2

suâ

- (o) Vide Grotium, Cameronem, Owenum ad h. l. Ita fanè & Lutherus, Genevenses, Beza, Diodatus. Ita interpretæ Syrus. Ita Justinianus & Pareus ad h. l. Jam verò hæc sententia prorsus non est ad palatum Surenhufii in libro *καταλλαγῆς* p. 593. 594.
- (p) Ita Seb. Schmidius ad h. l. quem & Spenerus sequitur von der ewigen Gottheit Christi p. 477. 478.
- (q) Confer Scriptores anti-Socinianos passim.
- (r) Jam hæc explicatio cæteris præferenda esset, si saltem contextus Ps. XCVII. faveret.
- (s) Malim hoc. Favet enim huic explicationi contextus Ps. XCVII. Ita & Estius atque Gerhardus. Sed Artemonius putat, verba hæc non ex hoc Psalmo sed ex Deut. XXXII. 43. desumpta esse, ubi in Græcâ versione exstet: *καὶ προσκνησάθωσαν αὐτῷ πάντες*

suâ adoratione , solemni illâ & toti mundo
appariturâ aucturos esse Angelos constat.

Etsi

ⲡⲱⲗⲓⲉⲥ " Ἀγγελοὶ Θεῶν , ex Ebræo Codice elapsa , cùm
Pl. XCVII. 7. habeatur. *Adorate eum omnes Dii* ,
ⲡⲉⲑⲟⲥⲕⲏⲛⲏⲥⲁⲗⲉ ⲁⲛⲓⲗⲱⲥ ⲡⲱⲗⲓⲉⲥ " Ἀγγελοὶ Θεῶν. Quam in rem
consentientes citat ex recentioribus Colomesium ,
qui & Patrum hîc consensum allegat , quibus Ar-
temonius alios adhuc addit , Cappellum , Mil-
lium , Allixium , Basnagium , Whistonum. Ad-
dit idem , non de Filio Dei , sed de Deo Patre hîc
fermonem esse , qui adorandus ab Angelis dica-
tur , tùm cùm primogenitum in orbem hunc de-
nuò , ad iudicium nempe administrandum , sit in-
troduciturus , & ipsam hanc ob rationem. Jam &
textum Ebræum , rythmicum illum emendat &
supplet ita :

הרנינו שמים עמו
וישתחו לו כל מלאכי אל
הרנינו גוים עם עמו
ויתחזקו לו כל בני אל :

Exultate cæli cum eo ,
ⲙⲁⲗⲁⲕⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ
Et adorent eum omnes Angeli Dei ,
exultate gentes cum populo ejus ,
ⲙⲁⲗⲁⲕⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ ⲁⲗⲓ
Et corroborentur ei omnes filii Dei.

Vide librum supra citatum p. 589. sqq. Sed malè
quidem heic textus Hebræus sollicitatur , vel sup-
pletur , ex quo ista de Angelis , quos existere haud
crediderint , olim expunxisse Sadducæos conjicit
Isaacus Vossius de translatione LXX. Interpretum
p. 55. De adoratione etiam Patris sermonem hîc
esse nemo dixerit , nisi qui textum datâ operâ tor-
serit.

Etsi enim mundo

ferit. Sed quod
Christus in
haud est, quod
renhusius in
hoc non sequi
stio Angelos
fer diff. nost
Christi ad Phi

(t) Vide hîc Witfi
scell. sac. T. 1.
dum futurum
Contradixit Ri
ptis Judaicis
poni, in 2. d
tagmati differt
ribus quoque
sq. ubi vide
hanc nostram
monentes lo
cejo & sequac
tum subiectu
datoribus & v
Ebr. II. 2. ma
rogativam, c
sto subiectur
nistri sint H
tiam ad h. l
& Jo. Owen
Hullius in s
246. Hoc re
sto, non enim
que dominos

Etsi enim mundus futurus (t) Angelis sub-
E 3 jectus

ferit. Sed quæritur : Itane ergò juxta hunc textum Christus in exinanitione suâ ab Angelis adoratus haud est, quod & his verbis persuasus adfirmat Surenhufius in libro καλαμαγης p. 595. Respondeo, hoc non sequi, cum & de solenniore & manifestiore Angelorum adoratione hîc sermo sit. Confer diss. nostram de exinanitione & exaltatione Christi ad Phil. II. p. 5.

- (t) Vide hîc Witsii diss. de seculo hoc & futuro in Miscell. sacr. T. 1. L. 2. diss. 6. qui existimat, per mundum futurum etiam Novum Test. à Judæis intelligi. Contradixit Rhenferdus, causatus, nullibi in scriptis Judaicis seculum futurum pro diebus Messîæ poni, in 2. dissertationibus de seculo futuro, syntagmati dissertationum de stylo N. T. affixis & operibus quoque ejusdem posthumis insertis p. 34. sqq. ubi vide & vindicias p. 387. sqq. Nos litem hanc nostram hîc non facimus, id saltem ἐν παρόδῳ monentes locum hunc occasionem dedisse Coccejo & sequacibus, statuendi, Vetus Testamentum subjectum fuisse Angelis, Legis Sinaiticæ datoribus & vindicibus, Act. III. 53. Gal. III. 19. Ebr. II. 2. magnamque adeò hanc Novi esse prærogativam, quòd hoc non Angelis sed soli Christo subjectum sit, & Angeli saltem in illo ministri sint Hebr. I. 14. Eandem Cocceji sententiam ad h. l. defenderunt quoque Jac. Capellus & Jo. Owenus. Sed vide, quid respondeat A. Hulsius in specim. Theol. Cocceanæ P. 1. p. 245. 246. *Hoc regnum non subjecit Deus Angelis sed Christo, non enim constituit Deus Angelos mediatores adeoque dominos istius regni, sed Christum.* Indene sequitur,

jectus haud sit Hebr. II. 5. nec illorum in hoc ministerium tam solenne sit ac in veteri aliâs fuit (u), descendet tamen olim Christus
Judex

tur, Angelos fuisse constitutos dominos Ecclesie veteris Test. Christum verò Dominum Ecclesie novi Test. ? Quæ logica ejusmodi consequentiamnectere docet? Eadem ratione concludam: Pilatus non fuit Imperator Romanus, ergo tenuit imperium Græcorum, quod antecessit. Quæ verò antithesis inter Angelos & Christum? An servi collaterales sunt suo Domino? ut Dominus dici possit succedere in imperio, quod antea tenebatur ab ipsius servis? Et ubi mens Apostoli, cum hoc elogio Christum supra Angelos extollere vellet, oggeri enim ipsi potuisset: Angeli antea in eundem thronum evecti fuerant, in quem nunc Christus, sedebant illi tunc ad dexteram Dei, ad quam nunc sedet Christus. Quæ ergo hæc prærogativa est? An Tiberius Cæsar major erat Augusto, quod Augusti successor esset in imperio? Quam ridicula omnia! Idem Hulfius indignatur itidem Coccejanis, quòd hypothefi isti suæ inservientes locum Col. II. 15. non de Angelis malis sed bonis explicent, quos potestate, quâ in V. T. gavisi fuerint, exuerit Christus. Sed ad Hebr. II. 5. vide quoque, quæ contra Coccejanos monuere Leydekkerus in vi veritatis p. 235. 236. & Witfius in Oecon. fæd. Dei L. IV. C. 12. §. 57. 58. itemque loco supra citato §. 33. sqq.

- (u) Jam enim non apparent Angeli amplius, uti in veteri Test. & sub initium novi apparuere, id quod quàm maximè ex Apocalypsi constat. Examinari heic mererentur, quæ J. B. Bossuetus in præfat. ad explicationem Apocalypseos Gallicam §. 26. p. 66. sqq. dixit, imò & illa Petavii Theol. dogm. T. 3. de Ange-

Judex in κρισμα
 Dei, canentibus
 copia comitantib
 tionis plausu,
 Sed pergit Apof
 cum dixisset Chr

Angelis L. 2. C
 tavus, septem
 clesiarum illar
 cum hoc nom
 & Angelos illo
 tuor nationum
 cet nec hæc
 Arabes, Sarac
 hamede contra
 quam sententiar
 rali, quæ titul
 lis Exprobratis S.
 stratis, sub p
 A. 1664. defen
 IV. Angeli tut
 sed mundi Mo
 geli, qui Johar
 paruere, veri
 lorum in N. T
 imò Deus in N
 tuendos, tum
 que utitur, se
 frequentantur,

(x) Vide Matth. X
 1. Theff. IV. 1

Judex ἐν κελεύσματι, ἐν Φωνῇ Ἀρχαγγέλων & in tubâ Dei, canentibus Angelis ipsumque magnâ copiâ comitantibus (x), eodem sanè adorationis plausu, quo natum illum exceperere. Sed pergit Apostolus, & cum manifestatum dixisset Christum tanquàm θεὸν in carne,

Angelis L. 2. C. 9. §. 12. 14. ubi malè quidem Petavius, septem istos Angelos Apoc. II. III. esse Ecclesiarum illarum Asiaticarum Angelos Præsides, cùm hoc nomine insigniantur illarum Episcopi, & Angelos illos Euphratæos Apoc. IX. 14. quatuor nationum Præsides esse statuit, quos alii, licet nec hæc nostra mens sit, quatuor populos Arabes, Saracenos, Tartaros & Turcas sub Muhamede contra Christianos militantes esse putant, quam sententiam & Spenerus in diss. suâ inaugurali, quæ titulum fert: *Muhammedismus in Angelis Euphratæis S. Johanni Apoc. IX. 13. ad 21. præmonstratus*, sub præfidio Dannhaveriano Argentorati A. 1664. defendit. Ita nec quatuor animalia Apoc. IV. Angeli tutelares quatuor mundi partium sunt sed mundi Monarchæ &c. &c. Quod restat, Angeli, qui Johanni in Apocalypsi tam frequenter apparuere, veri Angeli sunt, & ministerium Angelorum in N. T. utique commune est Hebr. I. 14. imò Deus in N. T. Angelorum ministerio tum ad tuendos, tum ad puniendos homines mundumque utitur, sed apparitiones illorum non amplius frequentantur, uti olim in veteri factum.

(x) Vide Matth. XIII. 41. XXIV. 31. 1. Cor. XV. 52. 1. Thess. IV. 16.

ne , & demonstratum talem per Spiritum S. & ut talem h. e. Θεάνθρωπον apparuisse Angelis , addit , Illum sic quoque *prædicatum* esse *inter gentes* , ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν. Atqui verò & hoc mysterium erat , Christum gentibus prædicandum esse , mysterium , quod superveniente demùm novâ visione innotuit Petro Apostolo Act. X. sed mysterium tamen & in Veteri Testamento toties & per tot vaticinia inculcatum (y) & quod Apostolis maximè cognitum esse debebat ex ultimâ Christi lege , quâ , in omnem mundum ut abirent Evangeliumque omni creaturæ prædicarent , jussi fuere (z) , sed & mysterium , mysteriis Gentilium hoc ipso quàm maximè oppositum , quòd hæc quidem celandâ , illud autem omnibus gentibus manifestandum & prædicandum erat. Scilicet à mysteriis Gentilium , Eleusiniis maximè , arcebantur ξένοι , *peregrini* , & post mysteriorum initiationem & ὀπασίαν visâ vel audita *μυσήρια κηρύσσειν* , ἐξαγγέλλειν , invulgare ,
pro-

(y) Vide hîc diff. nostram de abrogatione legis cærimonialis etiam quoad Judæos p. 9. 10. 32. 33. 63. 64.

(z) Matth. XXVIII. 19.

(a) Vide hîc Gothof

prodere nefas erat. Hujus autem mysterii Evangelici longè alia ratio est. Non municipale est hoc sacrum unive populo aut genti proprium, verùm commune omnibus gentibus. Omnes ad id admittuntur, etiam ξένοι & peregrini, qui hîc οἰκέοι & domestici per gratiam universalem omnibus partam fiunt (a). Prædicârunt illud ἱεροκήρυκες, ἡγαμένοι τοῦ λόγου, Apostoli Domini, quibus tanta vis coelitùs in animos hominum data fuit, ut Evangelium hoc gratiæ & salutis magno applausu, applausu nempe fidei, in mundo fuerit acceptum, & Deus incarnatus creditus. Ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ait Apostolus. Fidem hujus miraculi, summum enim hoc miraculum est, Evangelium à piscatoribus, à plebejis hominibus, nullâ eruditione, nullâ eloquentiâ profanâ tinctis præditisve, prædicatum parvo isto tempore per totum ferè mundum & prædicatum & passim creditum fuisse, ubi τὸ θεῖον nemo est, qui haud pervideat, fidem, inquam, hujus miraculi faciunt acta Apostolica, Epistolæ Apostoli-

F stoli-

(a) Vide hîc Gothofredum l. c.

stolicæ , maximè catholicæ , monumenta etiam Ecclesiastica primorum seculorum , ex quibus rem sic gestam enarrare jam plenius possemus , si vel instituti ratio vel temporis nobis præfixi limites id paterentur (b). Credidere verò homines in universo mundo , sine ullâ distinctione sexûs , statûs , ætatis , conditionis , loci , populi , Deusque hic in carne manifestatus ab omnibus promiscuè adoptari , recipi , coli cœpit. Quo ipso mysterium hoc à mysteriis Gentilium itidem mirum quantum distat. Fuerunt enim Gentilibus Dii proprii , quos maximè coluere , *municipali* , uti Tertullianus L. 2. ad nationes ait , *adoptione* tales , *quibus honor intra muros suos determinabatur*. Ita cuivis populo sui erant Dii , quos alter nesciebat (c). Ita & ratione sexûs differebant Deorum mysteria , quemadmodum e. g. Eleusinia , quæ soli viri accipiebant , uti Thesmophoria solæ mulieres (d). Sed nostrum hoc myste-

(b) Confer nostrum systema historix eccles. majus sec. I. C. 3. §. 3.

(c) Confer hîc Fabricii Bibliogr. antiqu. C. 8. passim , maximè §§. 19. 20.

(d) Consule hîc rursus Gothofredum ad h. l.

mysterium unive
non differt hîc Ju
servo , non mas
us ad Christum
notante Paulo G
quod addimus , n
conari evincere ,
literis subinde pro
matur , adeoque
vocant , denotet

(e) Mirum est , hu
tis , qui tamen
Jo. van den H
nus , de gratiâ
p. 584. 585. Hi
nos , in quibus pe
ritus Sancti credit
Homines autem ill
propterea alii , q
li in sacris literis
forsitan , Judæorum
esse verbi divini
illam in hoc textu
Verum Paulus hîc
servat. Aliàs en
moratam verbi int
posset. Atque ita
non ordinem respu
commodum adferri

mysterium universale est, & promiscuum, non differt hîc Judæus à Græco, non liber à servo, non mas à foeminâ, omnes æquale jus ad Christum & fidem in ipsum habent, notante Paulo Gal. III. 28. Id unum est, quod addimus, malè ex hoc loco quosdam conari evincere, quòd vox κόσμος in sacris literis subinde pro solis electis & salvandis sumatur, adeoque *mundum electorum*, quem vocant, denotet (e). Non enim dicitur,

F 2 Deum

(e) Mirum est, hunc locum adhuc urgeri à Reformatis, qui tamen prorsus nil probat. Ita novissimè Jo. van den Honert, Theologus jam Ultrajectinus, de gratiâ Dei non universali sed particulari p. 584. 585. *Hic autem per mundum intelligi homines, in quibus per internam vitam operationemque Spiritus Sancti creditus est Christus, dubitare non possumus. Homines autem illi distinguuntur à Gentibus, nec possunt propterea alii, quàm Judæi esse, quoniam duo hi populi in sacris literis distinctè proponi consueverunt. Dices forsitan, Judæorum fidem, non posteriorem, sed priorem esse verbi divini inter Gentes prædicatione, atque ideo illam in hoc textu hanc sequi prædicationem minimè posse. Verùm Paulus hic non temporis, sed rerum ordinem observat. Aliàs enim Christi in cœlos reditum post memoratam verbi inter Gentes prædicationem memorare non posset. Atque ita exceptio illa, quæ temporis, non rerum ordinem respicit, nullum interpretationi nostræ incommodum adferre poterit. Scilicet falsum oppidò est,*

Deum illum incarnatum à mundo sed in mundo creditum esse, quæ duo nimium quantum differunt, adeo, ut ex veritate Græcâ quoque heic emendanda nobis veniat versio Germanica, quæ habet *geglaubet von der Welt*, cum ponendum fuisset, *geglaubet in der Welt*, imò, si diceretur quoque Christus à mundo creditus, mundus tamen solos electos haud denotaret, cum & credentes à fide deficere & metonymia contenti pro contento vel synecdoche totius pro parte hîc statui possit. Postremum, per quod Deus in carne manifestatus & Deus demonstratus est, illud est, quod Apostolus ait, ἀνελήθη ἐν δόξῃ, *assumptus est in gloriâ*. Hæc vel de mysterio pietatis vel de Deo Patre intelligere, prout Sociniani faciunt, insulsum foret. De Christi sanè ascensione hæc vox ἀνελήθη usurpatur, prout

est, gentes hîc mundo sive electis Judæis contradistingui, cum mundus hîc terram denotet, quam incolimus. Sed meretur hîc conferri Calovius, qui prolixam de omnibus istis locis, ubi mundus à Reformatis cœtum electorum designare dicitur, disceptationem instituit in app. tr. de Personâ Christi Θεανθρώπου p. 495. sqq.

ut ex Evangelio
constat (f).
mortem crucis
tatus resurrexiffe
bus nubibus, in
pra omnes celo
bine subvectus (g)
Angelis occurren
illis assumtus asce
ria, nulli creaturæ
tius solenni gloria
que exinanitione
eadem gloria Pa
tram Salvator el
festatione constit
rum Judex. Fa
Gentilium myste
rus, ἀναλήψης &
verâ magnum ha
bus devictis cœl

(f) Marc. XVI. 19.
(g) 2. Reg. II. 11.
(h) Act. I. 9.
(i) Phil. II. 10.
notavimus.

ut ex Evangelio Marci & Actis Apostolicis constat (f). Christus scilicet, cum post mortem crucis cum glorioso corpore exaltatus resurrexisset, sic palam, famulantibus nubibus, imò supra nubes adeoque supra omnes cœlos non in Eliæ modum turbine subvectus (g) sed in nube placidâ (h), Angelis occurrentibus & ministrantibus, ab illis assumptus ascendit ad Patrem, divinâ gloriâ, nulli creaturæ concedendâ maclus, vel potius solenni gloriæ hujus, quam in mediâ quoque exinanitione Θεάνθρωπος possedit, quæ & eadem gloria Patris (i) est, ad cujus dextram Salvator elevatus est & sedet, manifestatione constitutus vivorum & mortuorum Judex. Facebant hîc rursus inania Gentilium mysteria, inanes Deorum αποθεώσεις, ἀναλήψεις & ἀφανισμοὶ, nos Salvatorem verâ magnum habemus, qui hostibus omnibus devictis cœlos penetravit, & hoc ipso

F 3 docuit,

(f) Marc. XVI. 19. Act. I. 11.

(g) 2. Reg. II. 11. Luc. IX. 54. 55.

(h) Act. I. 9.

(i) Phil. II. 10. Vide quæ heic in diff. ad h. l. nuper notavimus.

docuit, jure optimo nominis sui prædicationem & factam & creditam esse. Scilicet dubium hîc subnasci posset, cur Apostolus prædicationem de Christo gentibus factam fidemque illi habitam præponat assumptioni Christi in cœlos, cum hæc potius antecefferit, illa secuta fuerit. Sed nec opus quoque erat, ut rerum ordinem observaret sacer Scriptor, ubi necessum hoc haud videbatur (k). Quid verò jam nos agemus, *Auditores Optimi*, quibus hoc ipso die, his ipsis nativitatis Dominicæ Vigiliis, Deus hic in carne manifestatus & per Spiritum S. talis demonstratus, qui Idem & Angelis apparuit, qui in gloriâ assumptus est, prædicatur, quibus hoc pietatis mysterium, divino beneficio, jam denuò patefit. Utinam, utinam sanctâ fide tantam salutem, quæ nobis heic porrigitur, magnam istam, quæ

(k) Quod restat, mira est verborum istorum explicatio Prophetica, quam heic dat Hermannus Deusingius, Jctus Groninganus in explic. Pf. LXVIII. - - - - - *creditus est in mundo Antichristiano, assumptus in gloriam tempore Reformationis tum inchoatæ, tum consummatæ.* Vide Bibl. Brem. Cl. 1. fasc. 2. n. 1. §. 21. p. 33.

quæ in Christo
prehenderemus
huic nomini, ex
adhæremus, p
Optimo Maxim
tione suâ, quâ
nostram naturam
sonæ suæ comm
tam dignitatem
evexit, ut sangu
nobili & augult
tam pacemque a
divistis, *Auditor*
hoc mysterium
tur. Si verò rec
standum sit, si e
Salvatori nostro
plere velimus,
omnia piâ recol
beneficium est,
contulit. Nihil
nullum, quod
nullæ divitiæ, n

(1) Act. IV. 12.

quæ in Christo incarnato jacet, σωτηρίαν ad-
prehenderemus, & professioni nostræ, quâ
huic nomini, extra quod nulla salus est (1),
adhæremus, parem cultum præstaremus
Optimo Maximo Salvatori, qui incarna-
tione suâ, quâ humanam sibi, hoc est,
nostram naturam sociavit & in divinæ per-
sonæ suæ communionem suscepit, ad tan-
tam dignitatem, ad tantam gloriam nos
evexit, ut sanguine Ipsi juncti ex hâc tam
nobili & augustâ cognatione plenam salu-
tem pacemque æternam traheremus. Au-
divistis, *Auditores Honoratissimi*, pietatis
hoc mysterium esse, quod vobis prædica-
tur. Si verò recto jam talo pietati nostræ
standum sit, si ea, queis par est, pietatis
Salvatori nostro incarnato debitæ officia ex-
plere velimus, ante omnia gratâ, ante
omnia piâ recolendum hoc summi generis
beneficium est, quod nobis gratia Ipsius
contulit. Nihil deliciarum in mundo est,
nullum, quod cogitari possit, bonum,
nullæ divitiæ, nullæ opes terrenæ, tanto
quæ

(1) Act. IV. 12.

quæ beneficio , quod tam augustum est, quod tam perfectum est , quod in æternitatem duraturum est , comparari possit. Laudemus itaque & evehamus Salvatorem & gratias agamus Deo Θεανθρώπῳ, quòd in carne apparere nobis atque in societatem felicitatis suæ nos trahere ex faucibus peccati, mortis , diaboli & inferni redemptos voluerit. Sed & magno cum fidei ardentissimæ desiderio beneficium redemptionis ab ipso partæ , quæso , adprehendamus & amplectamur. Deus est, quem accipimus, in carne manifestatum, Salvatorem nostrum. O quàm felices & beatos nos , qui Deum omnipotentem habemus Redemptorem & Messiam. In hoc omnipotente Salvatore exultat & triumphat fides nostra , mundi victrix. Hic Θεανθρώπῳ, Deus ille & homo omnis salutis promus condus, qui æternam nobis felicitatem promittit , & præstabit illam credentibus nobis. Nemo præter Illum donare illam potest , nemo, donante Illo, omnipotens enim Ille est, nobis eandem eripere. Sed & tam gratiosa est salutis per Illum partæ manifestatio , ut , licet summus Ille

Ille Deus sit, cui
 tremore fas est,
 ce, quâ nobis a
 gere & haurire a
 nobis manifestatu
 ter factus, ut eò
 ce & mentibus
 rem erga se con
 quæso, recogita
 hoc decus, quan
 tas nostra est,
 sibi sociare & in
 trahere haud dedi
 bis Rex & supren
 pateremur, ut,
 quâ benevolentia
 Saluator hic Θεαν
 nostrarum recessi
 Redemptoris hujus
 magna, tam sua

(m) Prædicatur hæc
 opponiturque
 tilium Diis, m
 ferri hic meritu
 scriptionis de
 rui Altorfi A.

Ille Deus sit, cujus majestatem adorare cum tremore fas est, tamen ex benignâ Illius facie, quâ nobis apparet, nil nisi gratiam legere & haurire nobis detur. In carne enim nobis manifestatus est Ille, imò Frater noster factus, ut eò familiariùs nobiscum agere & mentibus nostris fiduciam eò majorem erga se conciliare posset. Quantum quæso, recogitate hoc saltem, *Auditores*, hoc decus, quanta hæc excellentia & dignitas nostra est, quòd nostram sic carnem sibi sociare & in divinitatis suæ consortium trahere haud dedignatus est Ille, totius orbis Rex & supremus Dominus! O si saltem pateremur, ut, quâ ille φιλανθρωπία (m), quâ benevolentiam erga nos est, penitus sese Salvator hic Θεάνθρωπος in intimis mentium nostrarum recessibus nobis manifestaret, ut Redemptoris hujus incarnati facies, tam benigna, tam suavis, tam salutifera, tam

G

gra-

(m) Prædicatur hæc φιλανθρωπία de Christo Tit. III. 4. opponiturque illi, quæ falsò tùm tribuebatur Gentilium Diis, maximè Æsculapio & Hygeæ. Conferri hic meretur cl. Schwarzii expositio veteris inscriptionis de Æsculapio & Hygea, Diis φιλανθρώποις Altorfii A. 1725. edita.

gratiosa penitus nos in Ipsius amorem cultumque raperet , ut gloria unigeniti hujus, qui apud Patrem est, suo, sed gratioso illo fulgore prorsus nos percelleret, ut magnâ fide dulcedinem illam spiritualem, quæ ex tam suavi visione non capi non potest, gustaremus & in gustu hoc *μουσικαίεργον*, quo præstantius quicquam in mundo haud datur nec cogitari potest, omninò adquiesceremus. Sed nonnisi beatis & sanctis mentibus privilegium hoc adire datum esse, opus est, ut probè teneatis, *Auditores Optimi*. Si gentilium fabulæ ferunt, Deos nonnisi probè initiatis, purgatis & lustratis apparere posse, dementia nos caperet, existimatos, gratiosam istam Dei incarnati apparitionem & nobis saluti fore, à facibus & inquinamentis vitiorum hujus mundi nondum purgatis. Hoc ergo velim, hæc votorum meorum summa jam pars est, ut coram Deo hoc in carne nato & apparente, sancto illo & nos appareamus sancti, & pietatis hoc mysterium dignâ quoque pietate, averso à vitiis mundi animo & cælesti mente, non verbo saltem aut ore, quod indignum

...dignum Christia
 Salvatori nostro
 tantoperè exofu
 quam beatæ effa
 æ, quas jam cel
 divino cælitus jan
 Spiritu sancto t
 ci desideria jam
 precibus hoc ap
 contenderemus,
 tra, ut sic diffar
 mundana, quam
 vanitas, ut nun
 queis laboramus
 amore tantoperè
 tandem firma hæ
 nam haud retrac
 tra, velle nos,
 Salvatori recens r
 dem illo Spiritu,
 qui gloriam Eju
 & testimonio &
 tus indui, velle r
 ratiociniis carnalib
 fidelitate in tam

dignum Christiano facinus , Deoque , & Salvatori nostro , qui in animos penetrat , tantoperè exosum est , profiteamur. O quàm beatæ essent hæ nativitatibus Dominicæ , quas jam celebramus , vigiliæ , si verbo divino cælitùs jam moniti , cordibus nostris à Spiritu sancto tactis tam sancta in illis nasci desideria jam contingeret nobis , si & precibus hoc apud Salvatorem Optimum contenderemus , ut sic cresceret pietas nostra , ut sic diffaretur conversationis nostræ mundana , quam sequimur & adamamus , vanitas , ut nuncium mitteremus vitiis , queis laboramus , & quorum damnabili amore tantoperè miseri capimur , ut vel tandem firma hæc esset sententia & in æternum haud retractanda amplius mens nostra , velle nos , quod restat , temporis Salvatori recens nato vivere , velle nos eodem illo Spiritu , quo Ille justificatus est , & qui gloriam Eiusdem cœlesti suo lumine & testimonio & in nobis manifestat , cælitùs indui , velle nos , missis quibuscunque ratiociniis carnalibus , & prostratâ omni infidelitate in tam augustum Nomen magnâ

fide credere, velle nos prædicationem tam lætam, tam salutiferam, tam eximiam dignis modis & prono mentis nostræ obsequio suscipere, velle nos susceptum in gloriam Salvatorem desideriis nostris spiritualibus jugiter comitari, velle nos cælestium & beatorum spirituum, & Angelicis quoque cœtibus immisceri, ut ipsorum quoque, qui Salvatorem Deum eundem & Hominem jugiter vident, plausibus nostra addamus cantica & in tanto Redemptore sine intermissione læti exulemus. Ita sanè Evangelium de Christo recens nato nobis evade-
ret Evangelium suave, Evangelium lætum, Evangelium salutis, quod animos nostros divinis gaudiis recrearet, quod & calcar alacritatemque spiritualem nobis adderet, quâ macti magnâ cum mentis nostræ lubentiâ vitam quoque nostram ad sanctissima illa Salvatoris præcepta componeremus & in studio veræ sanctitatis cottidiè & magnis quidem passibus proficeremus. Ita verò etiam beata & felix redderetur hæc Academia nostra, si regnum Dei, cujus tam rara apud nos vestigia sunt & quod vitiis pas-
sim

sim eheu! gra
curus impietat
non opprimitur
resceret, si &
ri, quos nomi
ris recens nati
eâ, quâ par est,
quod profus à v
& efflagito, ce
dia vestra, O m
dictio divina, f
nihil solidi, nih
secum vehit, a
hæc omnia ita u
ce rogandus est
dium, quæ Ips
cum effectu tra
que, O præsta
hæc vota nostra
mus, Te rogar
nativitatem Tua
partum convert
demur, ut san
invigilamus, f

sim eheu ! grassantibus , non audit enim
 currus impietatis amplius habenas , saltem
 non opprimitur , paulatim inter nos reflo-
 resceret , si & dies istos festos , quos hono-
 ri , quos nomini , quos laudibus Salvato-
 ris recens nati pia antiquitas consecravit ,
 eâ , quâ par est , animi pietate & sanctitate ,
 quod prorsus à vobis , *Academici* , expeto
 & efflagito , celebraretis , ita etiam in stu-
 dia vestra , *O mei* , major & amplior bene-
 dictio divina , sine quâ utique nihil egregii ,
 nihil solidi , nihil , quod salutarem fructum
 secum vehit , agi potest , emanaret . Sed
 hæc omnia ita ut fiant , supplici & jugi pre-
 ce rogandus est Ipse Salvator Optimus , cor-
 dium , quæ Ipse solus per Spiritum suum
 cum effectu trahit , Dominus . Tibi ita-
 que , *O præstantissime & divine Redemptor* ,
 hæc vota nostra , hæc suspiria commenda-
 mus , Te rogamus , faxis , ut per sanctam
 nativitatem Tuam meritumque & per illam
 partum convertamur , sanctificemur , emen-
 demur , ut sanctificentur & per Te , queis
 invigilamus , studia nostra , ut , jugulatis

vitiis pravis , efflorescat apud nos pietas,
ut regnum Tuum , quod spirituale est , in
cordibus nostris erigatur & amplificetur,
Tibi cum Patre & Spiritu S. sit ho-
nor & gloria in secula se-
culorum.

D I X I.



apud nos pietas,
spirituale est, in
& amplifietur,
ritu S. in ho-
ecula se-

I.



DISSERTATIO

VALIDITAS

IN FINEM
INFE

SALV.
DAM

ex Matth. XXII
ONUM JUD
FUIS

P R
CHRISTO
P

THEOL. DOCT. ET
TUBINGENSI

D. V. FEBRU

R E S
CHRISTIANO T

EDITIO

SUMPTIBUS EI

at apud nos pietas
 quod spirituale est, in
 tur & amplificetur,
 Spiritu S. his ho-
 in secula se-
 m.

X I.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Black

TIFFEN Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G	K					C	Y		M		